

sum ferre alicui, nos *dar credito*, & *debito*.
 Referre in codicem, nos *mettere al libro grosso*.
 Putare, & exputare, nos *tirare i conti al netto*.
 Aliaque vocabula pecuniis tractandis adin-
 venta, quæ ideo memorare voluimus, ut La-
 tinorum scripta versantibus facile ad manus
 essent in unum locum collecta. Sed jam,
 his breviter præmonendæ Juventutis gratia
 præmissis, ad promissi Operis summam acce-
 damus.

SYNTAGMA

DE

PONDERIBUS ET MENSURIS.

ARGENTEUS est Nummus Hebrai-
 cus, de quo sæpè in sacra Scriptura fit
 mentio. Sic Genes. 37. Josephus
 dicitur venditus *viginti argenteis*:
 & Zachar. cap. I I. habetur: *Et ac-
 ceperunt triginta argenteos*: sicut etiam in E-
 vangeliis Dominus narratur venditus *trigin-
 ta argenteis*. Quod attinet ad ipsius valo-
 rem Ribera in 3. Oseæ ductus autoritate Bu-
 dæi,